



Hoc volumine continentur

- Sauppe De Amphictionia delphica et hieronemone attico
- Curtius (E) Die Knieenden figuren der altgriechischen Kunst
- Curtius (C) Inschriften und Studien zur geschicht von Samos
- Engelmann (R.) Beiträge zu Euripides, 1. Alkmene
- Klatt Chronologische Beiträge zur geschichte des achäischen Bundes
- Fuchstein Berichte über eine Reise in Kurdistan
- Lafaye et Martin Inscription de Trauroménium
- Gobineau (umt d) Catalogue d'antiquités
- Rayet Catalogue d'antiquités
- Eichthal (A. V.) Studie zur Philosophie des Platon

I N D E X
S C H O L A R U M

PUBLICAE ET PRIVATIM

IN ACADEMIA

GEORGIA AUGUSTA

PER SEMESTRE AESTIVUM

ANNI MDCCCLXXIII

A D. XV. M. APRILIS USQUE AD D. XV. M. AUGUSTI

H A B E N D A R U M.

*Hermanni Sauppri commentatio de amphictionia delphica et hieronemone
attico addita est.*

GOTTINGAE

TYPIS EXPRESSIT OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA.

GUIL. FR. KAESTNER.

Bibliothèque Maison de l'Orient



127204

ACADEMIAE GEORGIAE AUGUSTAE
EXPRORECTOR
ERNESTUS BERTHEAU D.
CUM SENATU.

Non semel historia gentium factum esse docet, ut instituta quaedam temporum antiquissimorum ne gravissimis quidem et violentissimis omnium rerum mutationibus in longo saeculorum tractu identidem iteratis prorsus everterentur, sed rupis instar in mari medio fluctuum impotentia detritae illius quidem neque vero evulsae obscurata et parvi habita manerent tamen et pristini memoriam vitae publicae status tuerentur. Qua tenacitate quam gravia aliquando fuerint apparere perspicuum est.

Ea fere ratio amphictioniae delphicae fuit. Neque enim Demosthenis demum temporibus Graeci umbram delphicam contemnere solebant (Dem. 5 §. 25: οὐκ οὖν εὐρητες καὶ κομιδῆ σφέλιον περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σιᾶς ἰνὴν πολεμῆσαι), sed per omnem fere aetatem eam, qua de rerum graecarum rationibus paulo certius constat, vim atque auctoritatem foederis amphictionici fere nullam fuisse facile intelligimus, nisi quando vel hominum praepotentium ambitio vel gentium invidia umbris illis in vitam revocatis ad opprimendos alios abuteretur. Ac tamen quam firma in animis Graecorum recordatio haeserit gravissimum olim et saluberrimum illud foedus fuisse, non tantum id ipsum ostendit, quod et Philippus religione, qua Graeci eam memoriam recolere solebant, abuti potuit et Demosthenes Athenienses, ne belli amphictionici periculum sibi conflarent, graviter admonendos esse existimavit, sed etiam tenacitas testatur, qua species et forma foederis usque ad postrema rerum graecarum tempora retenta et, si quando aliquantisper mutata esset, restituta est.

Nos vero quaenam fuerit amphictioniae natura et conformatio iquam in universum satis cognitum habemus, singula tamen fere omnia aut incerta sunt aut ignota, pauca quaedam eis, quae vel apud scriptores vel per inscriptiones tradita exstant, accuratius examinatis paulo certius videntur cognosci posse. Ac primum quidem duodecim gentes amphictionia iunctas fuisse constat, sed quaenam istae gentes fuerint, non ex omni parte certum est. Nam quanquam novem earum indices exstant, tamen unus tantum eorum plenus est et omnes aliquo modo inter se discrepant.

Plenus index, a quo in hac quaestione proficiscendum esse patet, in inscriptione lapidis delphici habetur, quae a C. Weschero a. 1862 inventa et

a. 1868 in libro edita est, cui inscripsit: Étude sur le monument bilingue de Delphes p. 54 sqq. In quo decreto Amphictiones quid aliquando de finibus agrorum Apollinis sacrorum regundis et de pecunia aerario templi deberi visa et de gregum sacrorum numero constituerint, ita traditur, ut primum singularum gentium suffragiis quid constitutum sit exhibeatur, deinde quid illis suffragiis in unum collectis synedrium universum iudicasse existimandum sit addatur. Atque cum ea, quae de prima et tertia harum rerum parte exstant, non plena sint, de altera parte vv. 45 sqq. haec scripta sunt: Ὅσον χρημάτων Ἀπόλλωνι ἄπεισι ἐκτὸς τοῦ Θησαυροῦ καὶ ἐκτὸς τῶν θρεμμαίων προσόδου. Ἀμφικτιόνες ἔχουσαν. Ἀε]λφῶν ψῆφοι δύο· τάλαν[ον συμμα]χικὸν μνᾶς πενήκοντα μίαν σταιῆρας δύο. Θεσσαλῶν ψῆφοι δύο· τάλ[αντα συμμα]χικὰ τρία μνᾶς τριάκοντα πέ[ντε]. Φωκέων ψῆφοι δύο· τάλαντα τέσσαρα μνᾶς πέντε. Ἀωριέων τῶν ἐκ Μητρ[οπόλεως ψῆ]φος· τάλαντα συμμαχικὰ τρία μ[νᾶς] πέντε. Ἀωριέων τῶν ἐκ Πελοποννήσου ψῆφος· τάλαντα συμμαχικὰ τρία μνᾶς] τριάκοντα. Ἀ[θην]αίων ψῆφος· τάλαν[τα συμμαχικὰ] τρία μνᾶς] τριάκοντα πέντε. Εὐβοέων ψῆφος· τάλαντα συμμαχικὰ τρία μνᾶς] τριάκοντα πέντε. Βοιωτῶν ψῆφοι [δύ]ο· τάλαντα συμμαχικὰ τέσσαρα μνᾶς πέντε. Ἀχαιῶν Φθιωτῶν ψῆφοι δύο· τάλαν[τα συμμα]χικὰ τρία μνᾶς τ[ριάκ]οντα πέντε. Μαλιέων ψῆφος· τάλαντα συμμαχικὰ τέσσαρα μνᾶς πέντε. Ο[ίτα]ίων ψῆφος· τάλ[αντα συμμα]χικὰ τέσσαρα μνᾶς τριάκοντα πέντε. Δολόπων ψῆφος· τάλαντα συμμαχικὰ τρία μνᾶς τριάκοντα πέντε. Η[ερραιβῶν ψ]ῆφος· τάλαντα συμμαχικὰ τρία μνᾶς τριάκοντα πέντε. Μαγνήτων ψῆφοι δύο· τάλαντα συμμαχικὰ τρία μνᾶς τριάκοντα πέντε. Αἰνιάνων ψῆφοι δύο· τάλαντα συμμαχικὰ τέσσαρα μνᾶς πέντε. Λοκρῶν Ὑποκρημιδίων ψῆφος· τάλαντα συμμαχικὰ τέσσαρα μνᾶς πέντε. Λοκρῶν Ἐσπερίων ψῆφος· τάλαντα συμμαχικὰ τρία μνᾶς τριάκοντα πέντε. Ἀμφικτιόνες ἔχουσαν τῷ θεῷ χρημάτων ἀπειναι ἐκτὸς τοῦ Θησαυροῦ καὶ ἐκτὸς τῶν θρεμμαίων] προσόδου τάλαντα συμμαχικὰ τρία μνᾶς τριάκοντα πέντε. Ex viginti quatuor suffragiis igitur cum duae unum talentum et minas quinquaginta unam, una talenta tria et minas quinque, duae talenta tria et minas triginta, decem talenta tria et minas triginta quinque, octo talenta quatuor et quinque minas, una talenta quatuor et minas triginta quinque (nisi hic in minarum numero lapicida erravit) deberi Apollini statuissent, ea summa, quae maximam suffragiorum partem nacta erat, ab Amphictionibus decreta esse existimata est. Sed cum C. Wescher hoc decretum ad a. 191 a. Chr. pertinere putasset, quo anno M' Acilius Glabrio Aetolos devicerat, quia in titulo illo bilingui, qui Traiano imperatore scriptus est, hieromnemes ex auctoritate M' Acili et senatus consecratus Apolloni Pythio regiones determinavisse perhiberentur (Boeckh C. I. Gr. 1711. = Wescher p. 13) et huius decreti v. 38 ager a M' Acilio deo donatus commemoraretur, C. Bücher in Quaestionum amphictionicarum specimine (Bonnae 1870) p. 14 sqq. ante a. fere 160 illud decretum fieri non potuisse, sed circa annum 130 factum esse maiorem veritatis speciem habere docuit. Addo etiam ea, quae ab initio decreti duodecies repetuntur: ἱερομνημόνων χρηματι στήναι, ita potius interpretanda videri, ut hieromnemonum sententia priore aliquo tempore pronuntiata novis aliquando de terminis agrorum dissidiis obortis nova deliberatione confirmata sit, perinde atque C. Avidius Nigrinus, Traiani legatus,

hieromnemonum illam sententiam se secutum esse dicit. Ad eandem igitur aetatem alius titulus pertinet, quo index similis Amphictionum continetur. Stephanus enim Cumanudes in ephemeride attica *Χρονολογία* 1866 p. 11 sq. (= Philolog. 24 p. 537 sqq. cf. E. Egger, études hist. sur les traités publics chez les Grecs etc. Paris 1866. p. 289 sqq.) et C. Wescher l. d. p. 200 inscriptionem ediderunt Athenis inventam, qua artifices scaenici attici decreta amphictionica duo in suum honorem et commodum diversis temporibus facta in unum coniunxerunt et publice proposuerunt. Nam cum decretum posteriori archonte Delphis Aristione Anaxandridae filio factum esse dicatur, C. Bücher l. d. p. 14 archontem cum sub sacerdotibus Apollinis Archone Calliae f. et Athambo Habromachi f. fuisse titulo Philippi Le Bas itineris archaeol. vol. 2 n. 929 collato demonstravit, hos vero sacerdotes non ante a. 137 vel 136¹⁾ collegas fuisse A. Mommsenii disquisitionibus insigni et acumine et diligentia institutis patefactum est (Philol. 24 p. 7 sq.). In huius igitur decreti posterioris praescripto hieromnemones Thessalorum duo, Achaeorum Phthiotarum duo, Maliensium unus, Dolopum unus, Delphorum duo, Phocensium duo, Boeotorum duo, Magnetum duo, Doriensium ex Metropoli unus, Perrhaeborum unus, Doriensium ex Peloponneso unus, Euboensium unus nominantur, sex vero, h. e. Aenianum duo, Locrorum utrorumque singuli, Atheniensium unus, Oetaeorum unus, lacuna hausti sunt, quae est inter vv. 64 et 65, ante quam etiam nunc scriptum exstat *παρὰ δὲ Αἰνιάνων Μοσ . . .*

Hanc igitur foederis amphictionici sub exitum alterius ante Christum natum saeculi rationem fuisse certo scimus eaque sua ipsa specie pristinam foederis conformationem rebus Aetolorum fractis, quos omnibus fere suffragiis amphictionicis potitos fuisse paulo post videbimus, restitutam esse facile nobis persuadet. Unum tamen mutatum esse animadvertimus. Nam cum Aeschines, cui tertium indicem Amphictionum debemus, bina fuisse duodecim gentium suffragia or. 2 §. 116 testetur, quae de prorsus aequali maiorum et minorum urbium auctoritate addit, nunc ita intelligenda esse perspicimus, ut doricae suffragium gentis alterum iam tum Dores ad Oetam montem incolentes, alterum Dores peloponnesii eorumque nomine, qui principatum Peloponnesi tenerent, Lacedaemonii tulerint, ionicae gentis Athenienses alterum, alterum Euboenses. Id inesse in verbis: *καὶ τούτων ἔδειξα ἕκαστον ἔθνος ἰσόψηφον γινόμενον, τὸ μέγιστον τῷ ἐλάττωι, τὸν ἥκοντι ἐκ Αἰωλῶν καὶ Κυπρίων ἴσον δυνάμενον Λακεδαιμονίοις (δύο γὰρ ψήφους ἕκαστον φέρειν ἔθνος) πάλιν ἐκ τῶν Ἰωνῶν τὸν Ἐρετριέα καὶ Πιρηνέα τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ τοὺς ἄλλους, κατὰ ταῦτά.* tituli delphici et atheniensis, de quibus diximus, documento sunt. Nam ut *φέρειν* Marklandum recte pro eo, quod est in codd., *φέρει*, scripsisse puto, sic A. Weidnero verba *δύο* — *ἔθνος* delenda esse existimanti assentiri non possum: Aeschines enim quae coram Philippo exposuerit Atheniensibus narrat, quibus reliqua minus nota fuisse quam hoc, quod

1) C. Bücher p. 13 cum Dromoclidem et Archonem a. 141 et 140, Archonem et Athambum a. 139—129 sacerdotes fuisse diceret, inter Andronicum et Praxiam atque Dromoclidem et Archonem auctore Mommsenii (p. 11) unum certe sacerdotum par interpositum fuisse non meminerat.

de binis suffragiis per verba ista additur, existimari nullo modo potest. Sed cum *Αώριον* oppidum illis regionibus exstitisse non videatur, Prienenses vero, ut colonias asiaticas Ionum omnes, a foedere amphictionico prorsus alienos esse certissimum sit, praeterea καὶ Ἱερηνέα verba in codd. *eskl* desint, quorum *f* testimonio multo plus tribuo quam reliquorum, Aeschinem ita scripsisse conicio: τὸν ἴκοντα Ἀωριέων ἐκ Κορινθίου ἕσον θυνόμενον Λυκεδαίμονιαις, — πάλιν ἐκ τῶν Ἰώνων τὸν Ἱερηνέα τοῖς Ἀθηναίοις: nam ita demum et aequalitati membrorum et sententiae rationibus prorsus satisfieri videtur. Neque vero tantum suffragia doricae et ionicae gentis in titulis delphico et atheniensi divisa esse reperimus, sed etiam Malienses, Oetaeos, Dolopes, Perhaebos, Locros utrosque videmus singula suffragia tulisse. Ac cum Locrorum eam rationem fuisse non mirum sit ad eosque Aeschinis verba καὶ τοὺς ἄλλους κατὰ ταῦτά referri possint, reliquae gentes quatuor quomodo factum sit ut pro binis singula ferrent quaerendum est. Nec dubitari primum potest, quin veterum gentium foederatarum duabus singula suffragia demenda tum faerint, cum Delphis duo concessa sunt. Etiam R. Weilium (de Amphictionum delphicorum suffragiis capita duo priora, Berol. 1872 p. 12) et hoc perspexisse his ipsis demum diebus cognovi et in eo mecum consentire, quod Delphos ante Philippi tempora suffragia habuisse negat. Philippus demum Phocensibus exclusis, quorum suffragiis ipse potitus est, eam templi delphici curam et rerum singularum omnium, quae ad concessas Amphictionum instituendos necessariae essent, longe ipse ab eis regionibus remotus gerere non posset, Delphis dedisse et ut dare posset duabus ex gentibus illis minutis, quae circa Oetam montem sedes haberent, persuasisse videtur, ut binorum suorum suffragiorum singula missa facerent. Loci quidem scriptorum, quibus de Philippi illis consiliis delphicis sermo est, ab A. Schaefero collecti habentur Demosth. 2 p. 266 sqq. et 271. De reliquis duabus gentibus deinde coniecturam proferam.

Nunc cum in Aeschinis codicibus l. d. undecim tantum gentium nomina exstant: κατηριθμησάμην ἔθνη δώδεκα τὰ μετέχοντα τοῦ ἱεροῦ, Θεσσαλοῦς, Βοιωτοῦς (οὐ Θεβαίους μόνους), Ἀωριέας, Ἴωνας, Περγαίβους, Μάγνητας, Λοκροῦς, Οἰτάτους, Φθιώτας, Μαλιεῖς, Φωκεῖς. ante omnia cuiusnam nomen exciderit quaerendum est. Atque Delphos ab Aeschine nominari non potuisse modo vidimus: quare Wescheri sententiam, Delphos indici addendos esse, ab Aeschine vero ipso Malienses et Oetaeos, qui in unum coniungendi essent, non recte singulos numeratos et ob eam causam Aenianes omissos esse existimantis (p. 79), iam Weilius (p. 12) recte reiecit. *Λόλοπας* vero addi voluerunt P. Weseseling ad Diod. S 16, 29 et F. G. Tittmann de Amphict. p. 40, *Αἰνιᾶνας* L. Valekenauer ad Herodot. 7, 132. Quorum illud ut probavi, cum una eum G. Baitero Aeschinem ederem, sic etiam nunc probo. Nam Oetaei et Aenianes cum unam fere regionem incoluerint, ut saepe utrique altero utro nomine comprehenderentur (cf. L. Ross comment. archaeol. 2 p. 458 sqq. C. Bursian geogr. Gr. 1 p. 88), tum nunquam, ubi de Amphictionum rebus sermo est, antiquioribus temporibus nominantur utrique, alterutri apud omnes adduntur. Sic ab Herodoto 7, 132 gentes amphictionicae novem Xerxi terram et aquam misisse traduntur, Θεσσαλοὶ Λόλοπες Αἰνιῆνες Περγαίβοι Λοκροὶ Μάγνητες Μηλιεῖς Ἀχαιοὶ οἱ Φθιώται καὶ — Βοιωτοί: desunt Pho-

censes, Iones, Dorienses, quos acerrimos libertatis contra Persas propugnatores fuisse scimus. Similiter Plutarchus Pericl. c. 17, cuius auctorem Ephorum videri fuisse in comment. de Periclis plutarchei fontibus p. 35 dixi, Athenienses Pericle auctore Persarum odio et cura maris liberi communi gentes Graecorum omnes iungere voluisse et legatos misisse ad Iones, Dorienses, Bocotos, Phocenses, Locros, Euboenses, *Oetaeos*, Malienses, Phthiotas Achaeos, Thessalos narrat, quae enumeratio Periclem Amphictioniae rationem habuisse eique illo foedere vim et vitam denuo addere voluisse satis perspicue demonstrat. Deinde Harpocratio p. 15 Bk. Theopompi librum octavum, ut videtur, secutus: *ταῦτα δ' ἦν ἐβ', Ἴωνες Ἀωριεῖς Περγαῖοι Βοιωτοὶ Μάγνητες Ἀχαιοὶ Φθιώται Μηλιεῖς Δολοπεῖς Αἰνιᾶνες Δελφοὶ Φωκεῖς*. Theopompus vero neque omittit Thessalos et Locros potuit neque Achaeos eum diversam a Phthiotis vel Delphos diversam a Phocensibus gentem habuisse veri simile est. Didymum igitur aut quem alium Harpocratio auctorem secutus est pro Phocensibus, quos apud Theopompum nominatos invenerat, posteriorum temporum rationibus id dedisse existimo, ut *Δελφοὶ ἢ Φωκεῖς* adderet. Etiam Pausaniae auctor 10. 8, 2 inter eas gentes, quas Amphictyon ipse aliquando foedere iunxisse crederetur, Aenianes retulerat, omissis non Pausaniae, ut puto, sed librorum culpa Perrhaebis et Boeotis, quos in amphictionicarum numero gentium fuisse reliqui testes omnes consensu suo confirmant. Diodorus demum 18, 11 in recensendis eis, qui in societatem belli lamiensis venerint, et Oetaeos et Aenianes nominat, eum vero amphictionicarum gentium rationem illum quidem habuisse sed intra hos fines se neque continuisse neque continere potuisse ostendit aliarum gentium et urbium commemoratio, ut Athamanum, Alyziorum, Molossorum, qui nunquam in gentibus amphictionia foederatis fuerunt. Quae igitur ab Aeschine nominantur gentes, Dolopibus additis reapse eae fuerunt, quae inde ab antiquissimis temporibus usque ad a. 345 a. Chr. foedere amphictionico iunctae erant. Atque ab initio singulas gentes singula suffragia tulisse et tum demum eorum numerum duplicatum esse veri simillimum est, cum Dorienses, Iones, Loeri in complures civitates dividerentur: qua re ipsa hoc antiquissimis iam temporibus factum esse apparet. Aptissime vero hoc Vilelmus Vischer (Mus. helv. novi a. 1864 p. 17) cum helvetici rationibus synedrii comparavit, in cuius consessibus non iam ut olim viginti duo suffragia feruntur, sed quadraginta quatuor, ab undeviginti civitatibus bina, a sex civitatibus dimidiatis Silvaniensium, Basileensium, Abbatiscellensium singula. Ac singula in synedrio amphictionico suffragia lata esse intelleximus ab Atheniensibus et Euboensibus, a Lacedaemoniis et Doriensibus, qui ad Oetam sedes habebant, a Loeris Hypocnemidiis et Ozolis; utrum etiam Oetaei et Aenianes singula habuerint, an coniuncti duo tulerint, incertum est, quantum hoc posterius eis, quibus res utriusque gentis tam communes fuisse ostendi, ut saepissime alteri pro utrisque nominarentur, magis commendari videtur. Sed a. 345 Philippus impetravit, ut Phocensium exclusorum suffragia ad Macedones transferrentur et Lacedaemoniorum suffragium reliquis civitatibus peloponnesiis doricae originis tribueretur. Delphi utrum iam tum suffragia nacti sint, an post bellum amphictionicum tertium a. 338, dubitari

potest. At hoc anno Loerensibus Ozolis exclusis Aetoli Naupacto eis tradito (A. Schaefer Demosth. 2 p. 515) Loerensium loco in Amphictiones videntur recepti esse et suffragium, quod Loerensium illorum fuerat, accepisse: nam ea, quae Philochorus tradidit (apud Dionysium Hal. ad Ammaecum 1 c. 11): *Φιλίππου δὲ καταλαβόντος Ἑλλάτειαν καὶ Κυνίτιον καὶ πρέσβεις πέμψαντος εἰς Θήβας μετὰ¹⁾ Θετταλῶν Αἰνιάνων Αἰτωλῶν Δολόπων Φθιωτῶν* (cf. Schaefer l. d. p. 520), C. Buecher (p. 18. 21) optime vidit ita comparata esse, ut de legatione Amphictionum cogitandum sit. Neque vero unum tantum sed vel duo vel tria videntur suffragia accepisse atque ita evenisse conicio, ut non tantum duae, de quibus supra dixi, sed quatuor minorum illarum gentium singula suffragia missa facere iuberentur. Duo vero aliquando Aetolos suffragia habuisse e praescripto prioris illius Amphictionum decreti de artificum scaenicorum honoribus et beneficiis cognoscimus, quod plenius, quam Cumanudes et Wescher, C. Bücher dedit p. 11: *Ἐπὶ Ἰέρωνος ἀρχοντος ἐν Δελφοῖς, πυλᾶς λαοῦνᾶς, ἱερομνημονούτων Θεσσαλῶν Ἰπποδάμου Λέοντος, Αἰτωλῶν Ἀνκεία Λορμιμάγου, Βοιωτῶν Ἀσώπικος Αἰονοσίδου . . . ἔδοξε* —. Buechero igitur hoc decretum haud multo post pugnam chaeronensem factum esse rectissime videri cum Aemilio Kuhn (annall. philol. 1871 p. 662) consentio neque intelligo, quomodo Weilius l. d. p. 13 ad longe alia tempora referri voluerit. Quodsi tum duo tantum Aetolis data sunt, Octaeorum vel Aenianum duo suffragia ita divisa esse conicio, ut non iam coniuncti duo, sed utriusque singula ferrent. Quomodo deinde factum sit, ut Aetoli parum validarum illarum plurimis gentium secum foedere iunctis etiam suffragiis earum amphictionicis potirentur et sex, novem, undecim, quatuordecim ferrent, C. Buecher accurate exposuit (p. 26 sqq.). Phocenses vero suffragia amissa propter virtutem summam in Gallorum incursione reprimenda probatam a. 279 recuperasse Pausanias testatur 10. 8, 3. Denique Aetolorum rebus fractis ea foederis amphictionici forma, exclusis et Aetolis et Macedonibus, auctoribus ut videtur Romanis restituta est, quam tituli delphicus et atheniensis, de quibus supra diximus, monstrant. Non prorsus tamen, quae antiquitus constituta fuerant, restitui potuerunt, cum Delphis suffragia, quae Philippi aetate nacti erant et Phocensibus etiam denuo receptis tenerant, non viderentur eripienda esse. Quare Malienses, Perrhaebi, Dolopes bina suffragia non recuperarunt; tertium enim, cum Delphis duo tantum concederentur, Aenianibus additum est, qui nescio quomodo paullo plus roboris ac virium collegisse viderentur. Postremam, quam novimus, mutationem Augusto auctore factam esse Pausanias narrat 10. 8, 3, ita ut Nicopolitarum, Macedonum, Thessalorum sena, Boeotorum, Phocensium, Delphorum bina, Doriensium utrorumque, Loerorum utrorumque, Ionum utrorumque singula suffragia, cunctorum triginta essent. Quomodo vero Augustus sex, quae Nicopolitis dari vellet, aliis subtraxerit, his verbis Pausanias explicat: *Μάγνητας μὲν οὖν καὶ Μαλιεῖς καὶ Αἰνιάνας καὶ Φθιώτας Θεσσαλοῖς συντελεῖν, τὰς ψήφους δὲ ὅσαι τούτων τε καὶ Δολόπων (οὐ γὰρ ἔτι ἦν Δολόπων γένος) Νικο-*

1) Nam μετὰ addendum esse in ephem. erudit. gotting. 1863 p. 131 monui.

πολλίαις φέρειν. Haec sana esse non possunt: nam cum Nicopolitis sex tributa esse suffragia et Thessali postea non duo, sed sex tulisse dicantur, ut vero hoc fieri posset, eo effectum esse tradatur, quod gentes quaedam minores sua ipsae suffragia non iam ferrent, sed cum Thessalis in unum coniunctae sex suffragia partirentur, hoc in verbis, quae exscripsi, inesse necessarium est, ut decem suffragiorum tribuendi arbitrium penes Augustum fuerit. Hoc efficitur, si ultima Pausaniam sic scripsisse existimamus: *καὶ Φθιώτας καὶ Περραιβοὺς σὺν Θεσσαλοῖς, τὰς ψήφους* —. Nam sic demum sex suffragiorum summa constat, Magnetum, Maliensium, Aenianum, Achaeorum Phthiotarum, Perrhaeborum, Dolopum, quot Pausanias, singula singularum gentium fuisse opinatus, Nicopolitis tributa esse dicit: neque enim quatuor, quae Thessalis addita sunt, curavit. Accedit, quod Perrhaebos solos Pausanias ex veteribus Amphictioniae gentibus, quas paulo ante nominaverat, hic, si codicum lectionem sequimur, non commemoravit. *συντελεῖν* vero, quod exemplaria edita habent, in codd. plerisque non est nec Pausaniam *συντελεῖν* cum dativo coniungere Schubartus monuit. Atqui Augustus hanc, quam Pausanias secutus est, rationem sequi non poterat, debebat eam sequi, quae tunc cum maxime valebat. Sed etiam sic ratio constat: nam si suffragia Magnetum, Aenianum, Phthiotarum bina, Maliensium, Oetaeorum, Perrhaeborum, Dolopum singula computando iungimus, decem efficiuntur, quorum quatuor Augustus duobus Thessalorum addidit, ut sex essent, sex Nicopolitis dedit. In eo etiam Pausanias hanc omnem Augusti rationem non accurate explicavit, quod quomodo Macedonibus sex ab eo tributa sint suffragia non intelligimus: quibus demtis viginti quatuor, ut antea fuerunt, mansisse apparet. Quare Macedones in eo tempore, quod inter veteris restitutionem formae, quae initio fere saeculi ante Christum secundi evenit, et Augusti principatum interiectum fuit, denuo inter Amphictiones receptos et sex suffragia nactos esse sumendum est, quanquam qua id de causa factum sit ignoramus.

Ad aliud veniamus. Quot enim suffragia fuerunt, tot omni tempore hieromnemes fuisse non tantum ex hoc Pausaniae loco intelligimus, qui, postquam triginta amphictiones sua aetate esse dixit, triginta suffragia lata esse addit, sed idem titulorum delphici et atheniensis comparatio docet: nam quot in delphico singularum gentium suffragia numerantur, tot in atheniensi nomina hieromnemonum recensentur. Sic etiam Aeschines 3 §. 115 Atheniensium, quos ionicorum alterum suffragiorum habuisse novimus, unum fuisse hieromnemonem amphictionicum dicit: *ἐπὶ γὰρ Θεοφράστῳ ἀρχόντῳ, ἱερομνήμονος ὄντος Διογνήτου τοῦ Ἀναφλυσίου*. Idem ostendunt Aristophanis de Thesmophoriazasis secundis versus, quos scholia ad Nub. v. 619 servarunt et Harpocratio s. v. *Ἡύλαι καὶ Πυλαία καὶ Πυλαγόρας* in mente habuit:

*ἀγαθὰ μεγάλα τῇ πόλει
ἤκειν φέροντίας φασὶ τοὺς πυλαγόρας
καὶ τὸν ἱερομνήμονα.*

cf. F. V. Fritzsche ad Thesmoph. p. 629 sq. Addo Aeschinis 3 §. 126 verba: *τὸν ἱερομνήμονα τὸν Ἀθηναίων καὶ τοὺς πυλαγόρους τοὺς αἰεὶ πυλαγοροῦντας*. Atque hieromnemonum sane aliam in aliis civitatibus rationem fuisse Aristotelis locus memorabilis docet, Politic. 6, 8 p. 1321 b 38: *ἑτέρα δ'*

ἀρχὴ πρὸς ἣν ἀναγράφεσθαι δεῖ τὰ τε ἴδια συμβόλαια καὶ τὰς κρίσεις ἐκ τῶν δικαστηρίων παρὰ δὲ τοῖς αὐτοῖς τούτοις καὶ τὰς γραφὰς τῶν δικῶν γίνεσθαι δεῖ καὶ τὰς εἰσαγωγὰς — — καλοῦνται δὲ ἱερομνήμονες καὶ ἐπιστάται καὶ μνήμονες καὶ τούτοις ἄλλα ὀνόματα σύνεργος, et exempla ostendunt, quae I. A. Letronne in commentatione notissima (Éclaircissement sur les fonctions des magistrats appelés mnémons, hieromnémons, promnémons et sur la composition de l'assemblée amphictyonique, in Commentariis academiae inscriptionum et liberalium artium vol. VI p. 221 sqq.) et C. F. Herman. antiqu. Graec. sacr. §. 11, 4 collegerunt. Et Athenis quoque hieromnemones fuisse ab amphictyonico diversos tituli duo ostendunt, de quibus C. Keil exposuit in Philologi vol. 23 p. 245 sq. In altero (Ἐφημ. ἀρχαιολ. 1370 = Rangabé antiqu. hell. 2, 878) v. 4 sqq. haec leguntur: Ἡρακλέους ἱερομνήμων[ες] Ἀαρσιανδρὸς Ἀημοκρίτου, Ἀημοκλῆς Κεφάλου Ἀλωπ[εκῆ]θεν] ἀπέδοντο χωρίον Ἀλωπι[κῆσι]. ὠνη(τῆς) Ἀσικράτης Ἀσιμάχου Ἀτη[νέως]. Sacerdotes igitur Herculis duo agrum vendiderunt, qui templi in Cynosarge fuisse videtur (cf. H. Dettmer de Hercule Attico p. 15 sqq.), Lysierates Atenensis emit; centesima pretii aerario publico debita aut excidit aut signis quibusdam, quae ab initio v. 9 exstant, continetur. Alter titulus (Ephem. archaeol. 3663 = Ἐπιγραφαὶ Ἑλλήν. κατὰ τὸ πλεῖστον ἀνέκδοτοι. Φυλλάδ. α'. Athenis 1860 p. 7) decretum est Cholargensium, quod Keilius l. d. satis probabiliter ita supplevit, ut hieromnemones sacri Herculis cholargensis hominem quendam corona aliisque honoribus ornare iubeantur: cf. Dettmer l. d. p. 41 sq. In his igitur titulis sacerdotes et ministros numinis cuiusdam, ut in aliis civitatibus, etiam in Attica addito numinis nomine hieromnemones eius dici videmus. Atque ad hos singulorum numinum hieromnemones Keilius l. d. recte ea quoque retulit, quae Diogenes Laertius 6 §. 45 de Cynico narrat: Θεωσάμενός ποτε τοὺς ἱερομνήμονας τῶν ταμιῶν τινα γιάλην ὑψηρημένον ἄγοντας ἔφη· Οἱ μεγάλοι κλέπται τὸν μικρὸν ἄγουσι. Sed hieromnemone[m] accuratior[e] definitione non addita Athenis unum tantum fuisse, qui Atheniensium in synedrio Amphictionum suffragium ferret, luculentissime sella lapidea testatur, Athenis in theatro a. 1862 reperta, cui *ἹΕΡΟΜΝΗΜΟΝΟΣ* inscriptum est (Indices menstr. acad. lit. boruss. 1862 p. 281 = Ἀρχαιολ. ἔφημ. 1863 p. 99 = Vischer in mus. helvet. novo 1863 p. 20 = C. Linder Dionysos-Theatern i Athen. Stockholm. 1865 p. 14. 15: cf. C. Keil Philol. 23 p. 244 sqq.). Nisi enim unius tantum muneris hoc nomen fuit, notam aliquam addendam fuisse patet, ut ad v. *ἱερέως* dei nomen, cuius sacerdos erat, additum esse in multis illarum sellarum videmus. Quodsi unum tantum, qui hoc solo nomine appellaretur, Athenis hieromnemone[m] fuisse, amphictionicum, certo constat, apparet etiam Aristophanis versus Nubium 623 sqq., quibus Lunam Nubibus haec dixisse fingit:

ἀνδ' ὦν λαχὼν Ὑπερβολος
τῆτες ἱερομνημονεῖν, κῆπειθ' ὕψ' ἡμῶν τῶν θεῶν

1) Sic enim duce C. Pittakis l. d. legendum est: quae Rangabes et Keilius habent, *ΑΙΙΙ*, intellectum horum versuum perturbant. De compendio *ωνη* cf. Boeckh. Oecon. publ. Ath. 2 p. 348. Quae vero ante v. 4 leguntur, ad aliam emtionem pertinere non intellexerunt neque Rangabes neque Dettmer l. d. p. 21.

τὸν σιέφανον ἀφῆρεθη· μᾶλλον γὰρ οὕτως εἴσεται,
κατὰ σελήνην ὡς ἄγειν χορὴ τοῦ βίου τὰς ἡμέρας.

de hieromnemone Atheniensium amphictionico intelligendos esse: de qua re dubitavit A. Boeckh Zur Geschichte der Mondcyclen der Hellenen 1 p. 31, dubitanti Th. Koek ad Aristophanis locum assentitur. Quanquam vero G. Schoemann antiqu. graec. 2 p. 37, E. Curtius histor. gr. 1³ p. 633, alii ad hieromnemone amphictionicum eos versus retulerunt, tanto minus tamen hanc explicationem prorsus necessariam esse inutile fuerit accurate demonstrari, quo graviora sunt, quae illi versus docent. Nam quocumque modo quod Hyperbolo accidit intelligendum est et quocumque anno poeta antepirrhema Nubium illud composuit, quae quaestiones difficillimae ab eo, quod nunc tractamus, alienae sunt, id primum ostendunt, fastorum ad lunae cursum recte ordinandorum curam ad hieromnemone pertinuisse. Ac quanquam etiam in hac re Aristophanis temporibus hieromnemone auctoritas perexigua fuerit et inanis tantum pristinae gravitatis species quaedam manserit, ut fortasse sub initium novi anni ordinem publice institutum suo consensu sanciret, recte tamen ex hac specie ipsa concludimus ab amphictionibus antiquitus ordinem fastorum constitutum et ut a gentibus amphictionicis diligenter servaretur per hieromnemones curatum esse: id quod octaeteride Apollinis sacrorum propria, cuius rationibus Graecos tempora ordinasse constat, luculenter comprobari E. Curtius hist. gr. 1³ p. 295. 457 optime docuit. Deinde hieromnemone sorte creatum esse versus illi certissime ostendunt, annuam eius fuisse dignitatem videntur satis certe ostendere. Quod enim Schoemannus antiqu. graec. 2 p. 37 dubitat, utrum in annos singulos, an eum I. G. Droysen (über die Aechtheit der Urkunden in Demosthenes Rede vom Kranze p. 57) in penteterides pythicas munus sortitos esse dicat, Aeschinis verba (3 §. 116) τὸν ἱερομνήμονα τὸν Ἀθηναίων καὶ τοὺς πύλαγορος τοὺς ἀεὶ πύλαγοροῦντας hieromnemone dignitatem plus quam annuam fuisse non ostendunt, cum bis pylagori annis singulis, ad pylaeam vernalem et autumnalem, creandi essent. Ac ἴτεες illud Aristophanis etsi explicari etiam ita potest, ut eo anno hieromnemo dignitatem in proximam penteteridem sortito accepisse dicatur, multo tamen simplicius de hieromnemone in eum annum sorte electo intelligitur. Neque omni vi caret testimonium, quod iureiurando iudicium atticorum Demosthenis orationi in Timocratem (§. 149—151) inserto continetur: οὐδ' ἀρχὴν καταστήσω ὥστ' ἄρχειν ὑπεύθυνον ὄντα ἐτέρας ἀρχῆς καὶ τῶν ἐνέου ἀρχόντων καὶ τοῦ ἱερομνήμονος καὶ ὅσας μετὰ τῶν ἐνέου ἀρχόντων κταμεύονται ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ. Iusiurandum enim illud a grammatico aliquo veris falsis undique corrasis et male coagmentatis fictum esse A. Westermannus (de iurisiurandi iudicium Atheniensium formula quae exstat in Demosthenis oratione in Timocratem. Lipsiae, 1859) mihi quidem argumentis firmissimis videtur demonstrasse, sed inesse multa, quae vera sint et fortasse ex fontibus derivata nunc deperditis, et ille concessit et vix quisquam negaverit. Ac cum hoc cum veritate congruat, in annos singulos hieromnemones, perinde atque archontes, sortibus electos esse, haud scio an etiam alia illis verbis coniectura aliquo modo firmari possit. In scriptione academica de creatione archontum atticorum a. 1864 hoc efficiere studui, ut archontes quotannis singulos ex singulis tribubus creatos esse demonstrarem, decima

certo quodam ordine ad sortitionem non admissa, eamque sententiam nuper G. Schoemanni assensu (antiquit. graec. 1³ p. 435. 585) cum magno gaudio meo comprobari vidi. Quid igitur? Rectene illa novem archontum cum hieromnemone in iureiurando subditivo coniunctione eo duci videbimur, ut ex decima tribu, cuius in archontum sortitione partes nullae essent, hieromnemone quotannis sortito electum esse existimemus? Quam debili haec coniectura fundamento nitatur, quidni ipse intelligam? Sed ea coniunctio tam mira est, ut iurisiurandi istius auctor vix eam finxisse opinando, sed tale aliquid traditum alicubi invenisse videatur. Clisthenis vero temporibus tam gravis etiamtum hieromnemoneis dignitas fuerit, ut cum archontibus comparari posset. Hieromnemone igitur quotannis sortito captum esse tenendum est. Nam quod Vilelmus Vischer l. d. p. 39 sq. priore id aetate factum esse concessit, postea vero suffragiis a contione in vitae tempus creatum dixit, quia Plutarchus *Εὐφροσύνη* πολιτευτόν c. 20 p. 794. C. seni convenire ἐν ἀρχαῖς γέρεσθαι negat, πλὴν εἶσαι γε μέγεθος τε κέρηνηται καὶ ἀξίωμα· καθάπερ ἦν οὖν τῶν Ἀθηνησὶ μεταχειρίζη τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς ἐπισιαισίαν, καὶ νῆ Ἀνα τὸ πρόσχημα τῆς Ἀμφικτιονίας, ἣν σοι διὰ τοῦ βίου παντιὸς ἡ πατρις ἀνατέθεικε, πόνον ἤδὲν κάματόν τ' ἐνκάματον (Eur. Bacch. 66) ἔχουσαν., recte iam Keilius Philol. 23 p. 246 opposuit Plutarchum de honore videri extra ordinem dato cogitare, neque enim quod illis temporibus usu receptum esset tanquam singulare aliquod beneficium commemoratum fuisse. Sed quod Plutarchus narrat, ne pertinere quidem ad Athenas videtur. Nam Euphani Atheniensi, amico suo, persuadere studet, ut ne senii causa praetexta se a vita publica prorsus reciperet, et cum aliis argumentis permultis, tum suo exemplo eum a consilio revocare contendit. Ait enim (c. 17 p. 792. F): καὶ μὴν οἶσθ' ἄ με τῶ Πυθίῳ λειτουργοῦντα πολλὰς πυθιάδας· ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποις· Ἰκανά σοι, ὦ Πλούταρχε, τίθενται καὶ πεπόμενται καὶ κεχόρονται, τῶν δὲ ἄρα πρεσβύτερον ὄντα τὸν στέφανον ἀποθέσθαι καὶ τὸ χρησιμῆρον ἀπολιπεῖν διὰ τὸ γῆρας. Οὐκοῦν μηδὲ σαυτὸν οἶον δεῖν τῶν πολιτικῶν ἱερῶν ἔξαρχον ὄντα καὶ προσήτην ἀφείναι τὰς τοῦ Πολιτικῶς καὶ Ἀγοραίου τιμὰς Λύος, ἔκπαλαι καταργησμένον αὐταῖς. Quo loco, si Euphanis etiam in delphicis illis sacris partes erant, hoc Plutarchus non potuit non commemorare eumque ut secum etiam postea eisdem Apollinis sacris operaretur admenere. Cum hoc non fecerit, sed delphicis, hoc est amphictionicis, suis negotiis et honoribus Euphanis amici operam per longam seriem annorum Iovi, urbis et fori praesidi, Athenis dicatam opposuerit, etiam ille locus, qui est p. 794. C, aliter explicandus est, quam adhuc factum esse video. Euphanes princeps erat senatus arcopagici atque ob eam rem dicitur priore loco τῶν πολιτικῶν ἱερῶν ἔξαρχος καὶ προσήτης, initiatus ille sacris Iovis Urbici et Forensis: neque enim haec propria vi dicta, sed ad rerum publicarum curam denotandam translata esse alius locus p. 789. D apertum facit: τοὺς δὲ τοῦ Βουλαιῶν καὶ Ἀγοραίου καὶ Πολιτικῶς Λύος ὑπερέτας οὐ ποδῶν ἔργα καὶ χειρῶν ἀπειθοῦμεν, ἀλλὰ βουλῆς καὶ προνοίας καὶ λόγον. Quae igitur p. 794. C de amphictioniae honore dicuntur, ad Plutarchum ipsum referenda sunt, ita ut legi oporteat: ἦν μοι διὰ τοῦ βίου παντιὸς ἡ πατρις ἀνατέθεικε. Chaeronenses igitur Plutarcho hieromnemoneis digni-

tatem in omne vitae tempus tribuerant: ad quam dignitatem etiam p. 785. C videtur respexisse: *πολιτικός ἀνὴρ ἀγωνοθεσίας καὶ βοιωταρχίας καὶ τὰς ἐν Ἀμφικτιόνσι προεδρίας ἀπολιπών*. Apparet, quae R. Volkmann (de Plutarchi vita, libris, philosophia 2 p. 214) de Euphane dixit, prorsus mutanda esse.

De aliis videamus. A. 380 officia et leges Amphictionum denuo accurate discripta et novo iureiurando sancita esse populiscitum atticum docet Corp. Inscr. Gr. 1688 = L. Ahrens dial. dor. p. 484 sqq. = Froehner, les inscriptions grecques du musée du Louvre p. 40 sqq.), quo decretum Amphictionum Pythea Archonte (380/379) Athenis publicatum esse intelligimus. Quod cum Lacedaemoniorum principatu, quem per Antalcidae maxime pacem recuperaverant, cohaerere dixerim. Sed perexiguam eorum, quae Amphictiones decrevisent, fuisse Athenis auctoritatem, luculenter ostendit plebiscitum a. 363 factum, quod post alios ego in Philol. vol. 19 p. 249 sqq. tractavi, deinde multo plenius Ad. Kirchlhoff et rectius edidit in Indicibus menstruis acad. lit. boruss. 1866 p. 196 sqq. ¹⁾. Nam Amphictionum iudicium, quo Astycrates cum decem aliis Delphis bonis publicatis patria pulsi erant, contra leges Amphictionum et Delphorum factum esse dicitur, exsules omnes Athenis recipiuntur, Astycrati civitas, reliquis isotelia tribuitur. Sed multo etiam magis, in quanto Athenis contentu res amphictionicae fuerint, ex eis cognoscimus, quae Demosthenes et Aeschines in orationibus, quae ad Ctesiphontis causam pertinent, de origine belli amphissensis narrant. Ac tamen ex eis solis paulo accuratorem notitiam eius rationis haurimus, quae inter hieromnemes et pylagoros intercessit, nam decreta Amphictionum ipsa, quae nunc Demosthenis orationi ctesiphontae addita in codicibus habentur (§. 154. 155), supposita et ab hac quaestione prorsus sevocanda esse I. G. Droysen (über die Aechtheit der Urkunden in Demosthenes Rede vom Kranz. Berlin 1839) p. 36 sqq. docuit, et quod de praescriptis decretorum amphictionicorum opponi poterat, posteriore demum tempore archontem delphicum tempori definiendo nominatum esse, demosthenica aetate nescio quem sacerdotem, eo decreto falsum esse ostenditur, quo artificibus scaenicis atheniensibus haud multo post pugnam chaeronensem beneficia quaedam tributa esse supra vidimus. Bis vero quoque anno Amphictiones et ad Pylas et Delphis convenisse, id quod cum Heerenio et Schoemanno (antiqu. iur. publ. Gr. p. 391) E. Curtius anecdot. delph. p. 49 statuerat, nunc Hyperidis testimonio confirmatur, qui epitaphii §. 16 ait: *ἀφικτούμενοι γὰρ οἱ Ἕλληρες ἄπαντες δις τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰς τὴν πύλασαν θεωροὶ γενήσονται καὶ τῶν ἔργων τῶν πεπραγμένων ἀδιοῖς ἅμα γὰρ εἰς τὸν τόπον ἀθροισθήσονται καὶ τῆς τούτων ἀρετῆς μνησθήσονται*. cf. quae de eo loco dixi Philol. Suppl. vol. 1 p. 53. Accedit Harpocratio p. 163, 1: *οὐ δὲ δις ἐγγύγειο σύνδοσις τῶν Ἀμφικτιόνων εἰς Πύλας Ὑπερείδης τε ἐν ἐπιτάφιῳ καὶ Θεόπομπος ἐν τῇ κ' εἰρηκασιν*. nam δις legendum esse pro eo, quod in codd. est, *πς*, A. Schaefer vidit, add. ad Babingtoni epitaphium p. XVIII (cf. G. Schoemanni antiqu. gr. 2 p. 36), nec quomodo C. Wescher de monum. bilingui p. 144 sq. *πύλασαν* apud Hyperidem de conventibus delphicis interpre-

1) V. 18 *εἰσάγαγε* [ἐπιτιμῶσι] videtur ferri non posse; scriptum potius fuerit *εἰσάγαγε* [τε τὴν δίκην]. — V. 21 suppleverim: *καὶ τὰς οὐσίας ἀφείλετο* [καθιερῶσι | ας].

tandam esse dicere potuerit, si quis verba ipsa legerit, intelliget. Hieromnemonēs igitur viginti quatuor, quos Demosthenes 18 §. 149 *ἀνθρώπους ἀπέρους λόγων καὶ τὸ μέλλον οὐ προορωμένους* esse dicit, tot ex singulis civitatibus, quot eae suffragia haberent, hieromnemonēs, inquam, solos Amphictiones propria nominis vi fuisse ex eisque solis syndrium constitisse, quod sacra Cereris Amphictionidis Anthelae, Delphis Apollinis Pythii curaret, quinto quoque anno Pythia institueret, de rebus omnibus, quae ad Amphictionum foedus eiusque leges pertinere viderentur, cognosceret et decerneret, sive ipsi de re aliqua agendum esse censuissent sive a gentibus civitatibusve amphictionicis causa aliqua ad eos delata esset, eosque, qui contra leges deliquisse viderentur, puniret, I. G. Droysen de literis orationi de corona insertis p. 56 ostendit. Ea enim, quae Aeschines 3 §. 116 sqq. narrat, in verno consessu Delphis habito Diognetum, hieromnemonem atticum, aegrotasse et, cum per aliorum hieromnemonum benevolentiam Athenienses in syndrio ab Amphissensibus accusatos esse audiisset (*ἐξηγγέλλετο*), ab Aeschine, uno ex tribus Atheniensium, qui ad eam pylaeam missi essent, pylagoris petivisse, ut causam Atheniensium defenderet, Aeschinem deinde in consessum syndrii introductum, reliquis pylagoris dimissis (*τῶν ἄλλων πυλαγόρων μεθεστηκότων*), Amphissensium tantum manentibus (*ἀναβοήσας πρὸς τῶν Ἀμφισσέων*), verba et pro Atheniensibus et contra Amphissenses fecisse, deinde causa perorata et ipsum dimissum esse (*ἐπειδὴ ποτε ἀπὸ ἀλλήλων καὶ μετέστην ἐκ τοῦ συνεδρίου*), tum vero in syndrio rem deliberatam esse et sub vesperem praeconem quid decretum esset renuntiasset — haec, inquam, aliter intelligi non possunt, sed syndrium ex solis hieromnemonibus constituisse solumque de rebus amphictionicis decrevisse perspicuum reddunt. Cf. Franke de decretis Amphictionum, quae apud Demosthenem reperiuntur. Lipsiae 1844 p. 18 sq. Sed quaestionem pylagori afferunt, quo consilio a civitatibus missi sint, quaenam inter eos et hieromnemonēs rationes intercesserint. Ac ternos Athenis ad singulas pylaeas in contione manuum suffragiis creatos esse ex eis discimus, quae Aeschines §. 115 narrat, neque vero eam creationem ullius ponderis visam esse Demosthenis verba docent 18 §. 149: *προβληθεὶς πυλάγορος οὗτος καὶ τριῶν ἢ τετραῶν χειροτονησάντων αὐτὸν ἀνερχήθη*. Cum quo loco conferenda sunt, quae Aeschines de socordia narrat, qua amphictionica omnia tractata sint, 3 §. 126: *διεπραΰξαι ἐπιψηφισθῆναι καὶ γενέσθαι ψήφισμα ἤδη ἀπεληλυθότος ἐμοῦ καὶ τῶν πολλῶν δὴ ἄφριμένων*. Eo vero consilio videntur missi esse, ut aut quae civitates singulae vellent ad Amphictionum concilium deferrent et dicendo explicarent (cf. Aeschin. 3 §. 116: *ὅτι οἱ Ἀμφισσεῖς — εἰσέφερον δόγμα κατὰ τῆς ὑμετέρας πόλεως*) aut, si quid ab aliis ad hieromnemonum syndrium delatum esset, quod ad suam civitatem pertineret, hanc defenderent (Dem. 18 §. 150: *περιελθεῖν τὴν χώραν, ἣν οἱ μὲν Ἀμφισσεῖς σφῶν αὐτῶν οὖσαν γεωργεῖν ἔφασαν*: adde Aeschinis ipsius exemplum) aut, si quid hieromnemonēs de rebus singularum civitatum sciscitarentur, rogati exponerent. In syndrio igitur tum tantum agebant, si aut ad causam dicendam ab hieromnemonibus vocati essent aut ipsi ut intromitterentur petivissent. In decernendo nullae erant eorum partes. Cui ne ea quidem adversantur, quae Aeschines §. 124 de contione Amphictionum narrat: *τῇ δὲ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ Κότιν-*

φρος ὁ τὰς γνώμας ἐπιηρηζῶν ἐκκλησίαν ἐποίει τῶν Ἀμφικτιόνων· ἐκκλησίαν γὰρ ὀνομάζουσιν, ὅταν μὴ μόνον τοὺς πυλαγόρους καὶ τοὺς ἱερομνήμονας συγκαλέσωσιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς συνθύοντας καὶ χρωμένους τῷ θεῷ. — τέλος δὲ παντὸς τοῦ λόγου ψηφίζονται ἤκειν τοὺς ἱερομνήμονας πρὸ τῆς ἐπιούσης πυλαίας ἐν ῥητῷ χρόνῳ εἰς Πύλας, ἔχοντας δόγμα καθ' ὃ τι δίκην δώσουσιν οἱ Ἀμφισσεῖς. Nam haec contiones similitudinem retulisse laconicarum videntur, quae a senatu decreta et proposita aut confirmarent assensu suo aut improbata antiquarent, nihil ipsae deliberarent et decernerent. Ex his ipsis vero verbis pylagoros haud multo meliore conditione usos esse quam theoros et omnes, qui ad sacra facienda Delphos venissent, apparet. Neque prorsus delenda esse cum A. Weidnero existimo verba ἐκκλησίαν — τῷ θεῷ, nam cum illae contiones raro convocatae esse videantur, non mirum est, quod Aeschines quales essent Athenienses admonendos esse putavit. Sed vv. καὶ τοὺς ἱερομνήμονας male addita sunt: nam neque hoc ordine nominari pylagori et hieromnemes neque hieromnemes omnino commemorari poterant, nam hi ipsi fuerunt, a quibus solis reliqui convocari poterant, ut pro subiecto verbi quod est συγκαλέωσιν habendi sint. Inducenda igitur verba καὶ τοὺς ἱερομνήμονας arbitror. Gravissimum vero est, quod extremis eius quem exscripsi loci verbis continetur. Hieromnemes iubentur extra ordinem ad Pylas convenire, decretum (δόγμα ἔχοντες, καθ' ὃ τι δίκην δώσουσιν οἱ Ἀμφισσεῖς) de poenis ab Amphissensibus sumendis afferentes. Deinde vero §. 125 Aeschines id decretum (δόγμα) ab hieromnemone et pylagoris domum reversis in senatu et in contione recitatum esse addit. Amphictiones igitur intelligimus formulam decreti concepisse, quod ab hieromnemonibus singulis traderetur magistratibus civitatum suarum et ab his contionibusque sanciretur, ac cum his decretis, quibus, quae hieromnemonibus placuissent, etiam a singulis civitatibus constituta esse appareret, hieromnemes deinde ad pylaeam extraordinariam venisse. Itaque etiam ob hanc causam decreta, quae Demosthenis orationi de corona intrusa sunt, genuina esse non possunt. Postea demum, Aetolorum temporibus, pylagororum iura ita adaucta sunt, ut cum hieromnemonibus iuncti decernerent et decretis ἔδοξε τοῖς ἱερομνήμοσι καὶ τοῖς ἀγοραῖοις praescriberetur: neque enim dubitari potest, quin ἀγοραῖοι eidem fuerint qui pylagori (cf. E. Curtius anecd. delph. p. 50 sq. Schoemann. antiqu. gr. 2 p. 37). Sed etiam in his decretis plerumque protasin per ἐπειδὴ particulam formatam apodosis sequitur ἔδοξε τοῖς ἱερομνήμοσιν, ut horum προβούλημα in maiore consensu hieromnemonum et pylagororum sancitum ac sic demum promulgatum esse videatur. Denique τὸ κοινὸν τῶν Ἀμφικτιόνων, quod Aeschines 2 §. 139 commemorat et in duobus titulis aetatis fere Antoninorum a Weschero mon. bil. p. 166. 167 editis decrevisse quaedam dicitur, ex his vero titulis et similibus ab eo grammatico, qui decreta Amphictionum orationi Demosthenis ctesiphontaeae inserta finxit, sumtum videtur, non video cur de maiore quodam collegio vel contione intelligi oporteat, cum recte eo nomine hieromnemes solos eorumque synedrium appellari potuisse appareat.

Hieromnemonem amphictionicum etiam saeculis post Christum natum Athenis creatum esse sella illa honoraria theatri atheniensis ostendi vidimus. Neque vero hieromnemes tantum speciem aliquam et umbram foederis

amphictionici et summae oraculi delphici auctoritatis illis temporibus mansisse documento sunt, sed in eodem theatro etiam sella inventa est sic inscripta: *Πυθολογίου ἐξηγητοῦ* (*Ἀρχαιολ. ἐφημ.* 1 p. 97 = Vischer mus. helv. nov. 1863 p. 18. 41). Quam sellam si comparamus cum altera sic inscripta: *Ἐξηγητοῦ ἐξ Εὐπατριδῶν χειροτονητοῦ ὑπὸ τοῦ δήμου διὰ βίου* et cum eis, quae de exegeta ex Eumolpidis novimus (Bergk. reliqu. com. att. p. 49. Chr. Petersen, Ursprung und Auslegung des heiligen Rechts bei den Griechen, in Philol. Suppl. 1 p. 164 sq.), tres aliquando Athenis iuris sacri fontes extitisse perspicimus, memoriam iuris ex vetustissimis atticae regionis religionibus oriundi in gentibus nobilitatis servatam, memoriam iuris apollinaris per interpretem ab oraculo delphico nominatum explicatam, memoriam iuris eleusini in gente eleusinia nobilissima traditam.

Ex quibus rebus omnibus apparet, quanta Athenienses tenacitate speciem aliquam remotissimae antiquitatis institutorum etiam ea aetate servaverint, qua Graecis libertatis esse quantum Caesares concederent Plutarchus monuit et in sophistarum scholis Marathonis et Plataearum memoriam contineri iussit.

I. SCHOLAE ORDINIS THEOLOGORUM.

a. *Professorum ordinariorum.*

FR. EHRENFUCHTER, Dr., publice *Exercitationes Seminarii Regii homiletici* moderari perget die Sat. h. IX—X et XI—XII. Privatim *Theologiae practicae partem alteram* (i. e. Liturgicen, Homileticen, doctrinam de cura animorum atque de regimine ecclesiastico) tradet quinque scholis h. III—IV; *Apologiam* seu capita potiora doctrinae christianae auditoribus omnium ordinum accommodata proponet quatern. schol. h. VIII—IX.

LUDOVICUS DUNCKER, Dr., publice *Historiam Reformationis* enarrabit bis p. hebdom. diebb. Merc. et Sat. h. VII—VIII. Privatim *Historiae ecclesiasticae partem alteram* tradet sexies h. VIII—IX et diebb. Mart. et Ven. h. VII—VIII. *Societatem theologiam* instituet.

LUDOVICUS SCHOEBERLEIN, Dr., publice *Exercitationes liturgicas* seminarii practico-theologici moderabitur die Merc. h. VI—VII et die Sat. h. IX—XI; privatim *Ethicen theologiam* sexies p. hebdom. h. XII—I; *Catechetice et Homiletice* diebb. Lun. et Mart. h. V—VI et *Liturgicen* diebb. Jov. et Ven. h. V—VI tradet. Praeterea *Societatem dogmaticam* die Mart. h. VI—VIII moderabitur.

AUGUSTUS WIESINGER, Dr., publice *Seminarii Regii homiletici exercitationes* die Sat. h. X—XII et *Exercitationes catecheticas* die Merc. h. V—VI moderabitur. Privatim *Pauli ad Romanos epistolam* quinque diebus h. IX—X interpretabitur et *Novi Testamenti theologiam* quinque diebus h. XII—I tradet. Praeterea *Societatem exegeticam* offert.

JULIUS WAGENMANN, Dr., publice *Exercitationes catecheticas* moderabitur die Saturni h. III—IV; privatim *Historiae ecclesiasticae partem prioram* tradet quinque scholis h. VIII—IX; *Historiam ecclesiasticam aevi recentioris* quaternis scholis enarrabit h. VII—VIII; *Societatem theologiam historicam* moderari perget die Veneris h. VI.

ALBERTUS RITSCHL, Dr., privatim *Theologiae dogmaticae partem alteram* quinque p. hebdom. h. XI docebit.

b. *Professorum extraordinariorum.*

GEORG. CONR. AMADEUS LÜNEMANN, Dr., *Evangelium Johannis apostoli* interpretabitur quinque p. hebdom. lectionibus h. IX—X. *Isagogen in Novum Testamentum* tradet quinque p. hebdom. h. XII—I.

THEODORUS ZAHN, Dr., *Evangelium Matthaei* interpretabitur et cum Marci Lucaeque evangelii comparabit quinque p. hebdom. h. IX; *Epistolam ad Hebraeos* quinque p. hebdom. scholis explicabit h. X.

c. *Sodalium collegii repentium.*

Conversatoria systematica, exegetica, historica more sueto in contubernio theologico die Lunae h. VI habebuntur.

A. DORNER, Lic. theol., phil. Dr., *Schleiermachers vitam et doctrinam* diebb. Martis et Jovis h. XII—I gratis tradet.

LUDOVICUS LEMME *librum Judicum* cursim diebb. Jovis et Ven. h. IV—V, *Apocalypsin Joannis* diebb. Lunae, Martis, Jovis h. V—VI gratis interpretabitur. *Repetitorium dogmaticum* privatissime horis def. moderabitur.

II. SCHOLAE ORDINIS IURISCONSULTORUM.

a. *Professorum ordinariorum.*

G. J. RIBBENTROP, Dr., *Pandectarum partem de dominio et iuribus in re* privatim tradet duce Arndts Lehrbuch der Pandecten sexies p. hebdomadem h. XII—I. *Examinatorium* instituet junctis fontium juris Romani interpretationibus quater p. hebdom. h. V—VI.

GUIL. FRANCKE, Dr., h. XI—XII *Institutiones juris Romani*, h. VIII—IX *doctrinam juris Romani de hereditatibus* tradet.

HENR. ALB. ZACHARIAE, Dr., tradet: *Jus criminale Germaniae commune* sexies per hebdom. h. XI. — *Jus publicum civitatum Germanicarum commune* sexies per hebdom. h. XII.

H. C. BRIEGLER, Dr., quaternis scholis collegium *processuale practicum* instituet diebus Martis et Veneris h. IV—V et V—VI.

HENRICUS THÖL, Dr., *Jus mercaturae* e libro suo (das Handelsrecht, das Wechselrecht) quinquies tradet h. VII—VIII.

RUDOLPHUS DE IHERING, Dr., tradet *Institutiones conjunctas cum historia juris Romani* sexies h. IX—XI.

OTTO ERNESTUS HARTMANN, Dr., quotidie h. X—XI et XI—XII *Pandectas* tradet excepta doctrina de dominio et iuribus in re, quam vir perillustis GEORG. JUL. RIBBENTROP explicabit; *Theoriam processus civilis* sexies per hebdom. h. XII—I et binis horis aliis auditoribus commodis docebit.

RICARDUS GUILLELMUS DOVE, Dr., privatim *Historiam juris Germanici* quotidie h. VIII—IX tractabit.

CAROLUS ZIEBARTH, Dr., privatim *Processum criminalem Germaniae* quater per hebdom. h. XI. — *Jus civile Borussicum* easque potissimum partes quibus a iure communi distat, instituta perpetua cum iure communi comparatione, quater per hebdom. h. V tradet. Publice *Historiam processus criminalis* enarrabit d. Saturni h. XI. Privatissime et gratis *exercitationes juris ac processus criminalis* d. Mercurii h. IV—VI instituet.

b. *Professorum extraordinariorum.*

CAROL. GUIL. WOLFF, Dr., privatim *Jus germanicum privatum cum jure feudorum et mercaturae* docebit h. VII—IX.

FERDINANDUS FRENSDORFF, Dr., privatim quinques per hebd. h. VIII—IX et IX—X *Jus Germanicum privatum* cum jure feudorum tradet.

c. *Doctorum privatim docentium.*

ERNESTUS BIERLING, Dr., tradet *Jus ecclesiasticum Catholicorum et Evangelicorum* sexies p. hebd. h. X—XI.

III. SCHOLAE ORDINIS MEDICORUM.

a. *Professorum ordinariorum.*

CAROLUS FRIDERICUS HENRICUS MARX, Dr., privatim h. III—IV diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris *Pharmacologiam* s. doctrinam de Remediorum effectibus atque usu, nec non artem formulas medicas concinnandi tradet.

FRIDERICUS WOEHLER, Dr., privatim h. IX—X sexies per hebd. *Chemiam* tradet. In laboratorio academico una cum Prof. DE USLAR, Prof. HÜBNER, Dr. TOLLENS et Dr. JANNASCH adjutoribus *Praxin medicam* docebit.

GUILLELM. BAUM, Dr., publice *de ossium fracturis et luxationibus* d. Mercurii et Saturni h. II—III; privatim *Chirurgiae partem priorem* quinques h. IV, d. Saturni h. III; *Scholas clinicas et policlinicas chirurgicas* moderabitur quotidie h. IX—X e. dimid. *Exercitationes operationum chirurgicarum in cadavere* diriget quoties cadavera aderunt quotidie h. V.

J. HENLE, Dr., privatim *Anatomiae systematicae partem secundam* (angiologiam et neurologiam) quotidie h. XII—I; *Anatomiam generalem* diebb. Lunae, Mercurii, Veneris h. XI tradet.

AUGUSTUS GRISEBACH, Dr., h. VII *Botanicen tam generalem quam specialem* explicabit et *excursionibus* botanicis plantarumque horti academici *demonstrationibus* illustrabit; h. VIII quater per hebdom. *Plantas officinales* demonstrabit. *Exercitationes practicas ad Botanicen systematicam spectantes* gratis offert.

C. E. HASSE, Dr., *Pathologiam et Therapiam specialem* quater dd. Mart., Merc., Jov. et Vener. h. VII tradet. *Scholam clinicam et policlinicam* quotidie h. X dimid. — XII moderari perget.

G. MEISSNER, Dr., *Physiologiae experimentalis partem primam* (quae ad nutritionem corporis spectant functiones) tradet h. X quinques per hebd.;

Physiologiam generationis et Embryologiam die Veneris h. V—VII docebit et demonstrationibus illustrabit; *Exercitationes practicas* in instituto physiologico moderabitur quotidie horis commodis.

HERMANNUS SCHWARTZ, Dr., *Gynaecologiam* docebit dieb. Lunae, Martis, Jovis et Ven. h. III; *Scholas clinicas gynaecologicas* moderabitur dd. Lun., Mart., Jov. et Ven. h. VIII.

L. MEYER, Dr., exponet *de morbis psychicis* dieb. Merc. et Saturn. h. III—IV; more solito *scholas clinicas psychiatricas* moderabitur dieb. Lunae et Jovis h. IV—VI.

b. *Professorum extraordinariorum.*

E. A. G. HIMLY, Dr., postquam ex morbo convaluerit, lectiones indicabit.

E. F. G. HERBST, Dr., *Physiologiam generalem et specialem* tradet, eandemque experimentis et demonstrationibus microscopicis illustrabit, sexies per hebd. h. X—XI.

A. KRAEMER, Dr., privatim *Pathologiam et Therapiam generalem* dieb. Lun., Mart., Jov. et Ven. h. IV tradet. *Casuisticum obstetricium*, adjunctis *exercitationibus* in machina „Phantome“ dicta, horis commodis instituet. *Exercitationes microscopicas* privatissime instituet.

GUIL. KRAUSE, Dr., tradet *Pathologiam generalem* d. Lunae et Jov. h. IV—V; *demonstrationes pathologico-anatomicas* habebit d. Mart., Mercur. et Vener. h. IV—V. *Anatomiam pathologicam forensam* tradet d. Mart. h. V—VI. *Exercitationes microscopicas* in instituto pathologico consueto more continuabit.

C. F. LOHMEYER, Dr., *de salubritatis valetudinisque tuendae cura publica* quinquies per hebd. h. XI—XII; *Chirurgiam specialem* sexies p. hebd. h. VII—VIII tradet. *Exercitationes clinicas chirurgicas* h. IX—X diriget.

TH. LEBER, Dr., privatim *Ophthalmologiam* dieb. Lunae, Martis, Jovis et Veneris h. III—IV; *Exercitationes ophthalmiatricas clinicas* dd. Lunae, Martis, Jovis et Veneris h. XII—I. *Exercitationes ophthalmoscopicas* dieb. Merc. et Sat. h. XII—I.

THEODORUS HUSEMANN, Dr., privatim *Pharmacologiam* nec non artem formulas medicas rite concinnandi, adjectis demonstrationibus pharmacognosticis experimentisque pharmacodynamicis, quinquies per hebd. h. III—IV vel alia hora magis commoda docebit. *Selecta Toxicologiae capita* ad medicinae nec non pharmaciae studiosorum usum d. Ven. h. IV—V publice tractabit. Privatissime sed gratis *exercitationes practicas toxicologicas et pharmacologicas* horis postea indicandis moderabitur.

GUILELM. MARMÉ, Dr., privatim tradet *Pharmacologiam* nec non artem formulas medicas rite concinnandi, demonstrationibus pharmacognosticis et experimentis pharmacodynamicis illustratam, quinquies per hebd. h. V et

Electrotherapiam adjectis exercitationibus practicis in nosocomio Ernesto-Augustano bis p. hebd. dieb. Martis et Jovis h. II tractabit. — *Repetitorium pharmacologicum* privatissime et gratis horis commodis instituet et *disquisitiones pharmacologicas nec non toxicologicas* in instituto physiologico quotidie moderabitur.

c. *Doctorum privatim docentium.*

CH. F. E. STROMEYER, Dr., *Chemiae theoreticae partes singulas* nec non *Pharmaciam* privatissime docebit.

R. WIESE, Dr., quater p. hebd. horis postea indicandis disseret de *percussione et auscultatione* adjunctis exercitationibus practicis.

J. ROSENBACH, Dr., privatim *doctrinam chirurgicam artuum rite obligandorum* bis per hebd. horis commodis; publice *de morbis, qui vulneribus accidere possunt*, semel per hebd. hora commoda docebit.

CAROLUS HARTWIG, Dr., demonstrabit *Operationes obstetricias* bis per hebd. h. VIII—IX diebus Mercurii et Saturni; *de morbis puerperarum* exponet bis per hebd. h. IV—V dieb. Martis et Veneris. *Repetitiones tocolgiae* moderabitur horis commodis.

IV. SCHOLAE ORDINIS PHILOSOPHORUM.

a. *Professorum ordinariorum.*

G. C. J. ULRICH, Dr., *Hydrostaticam* tradet h. X quater per hebd.; *Geometriam practicam* adjunctis excursionibus docebit h. V—VII quater p. h.

CAROLUS HOECK, Dr., *Historiam literaturae* tradet.

GUILIELMUS WEBER, Dr., h. V privatim *Physices experimentalis partem primam* quater per hebd. docebit.

F. TH. BARTLING, Dr., *Botanicen specialem praemissis bot. generalis elementis* sexies p. hebd. h. VII tradet; *Floram indigenam* quinques p. hebd. hor. VIII illustrabit. *Excursiones* sueto more instituet. *Demonstrationes in horto academico* hora commoda habebit.

G. HANSSSEN, Dr., privatim quinis scholis h. IX—X *Theoriam oeconomiae nationalis* (Volkswirtschaftslehre) docebit. Publice *curam pauperum publicam* (öffentliche Armenpflege) d. Sat. h. IX—X tractabit. Privatissime sed gratis *disputationes et excursiones camerales* horis def. instituet.

AUGUSTUS GUILIELMUS BOHTZ, Dr., *Psychologiam* diebus Lunae, Martis et Veneris h. IV—V docebit; *Historiam Germanorum literariam* inde a Lessingio usque ad nostra tempora diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris hora XI—XII tradet.

ERNESTUS LUDOVICUS DE LEUTSCH, Dr. phil., publice *disputationes* sodalium Seminarii Regii philologici et Proseminarii reget, d. Mercurii h. XI—XII et III—IV. — Privativim *Taciti historias* interpretabitur quater p. hebd. h. X—XI; *historiam prosae orationis Graecorum* enarrabit quater p. hebd. h. IV—V.

G. WAITZ, Dr., quater h. VIII—IX *politice* docebit; h. IV—V *res Germanicas inde ab a. 1806* enarrabit. Publice *exercitationes historicas* instituet.

ERNESTUS BERTHEAU, Dr., *Genesin et selecta e reliquis Pentateuchi libris capita* interpretabitur sexies p. hebd. h. X—XI; publice *elementa linguae aethiopiae et linguae arabicae* docebit h. II—III.

RUD. HERMANNUS LOTZE, Dr., *metaphysicam* quatt. dd. h. X—XI; *religionis philosophiam* quaternis dd. hor. IV—V docebit.

W. SARTORIUS DE WALTERSHAUSEN, Dr., *Mineralogiam* tradet h. XI—XII quinquies per hebd. *Exercitationes practicas ad mineralogiam et crystallographiam spectantes* d. Jovis et Sat. moderari perget.

IOANNES BENEDICTUS LISTING, Dr., *Opticen* tradet quater p. hebd. h. XII; *de Oculo ac Microscopio* binis horis commodis privatissime; *Exercitationes physicas* in Seminario physico-mathematico dirigere perget die Merc. h. XI; *Colloquium physicum* moderabitur die Sat. h. XI—I.

HENR. FERD. WÜSTENFELD, Dr., privatissime *Selecta ex scriptoribus Arabicis capita* interpretabitur.

FRIDERICUS WIESELER, Dr., publice Seminarii Reg. archaeologici sodalibus *selecta artium opera* explicanda proponet, d. Saturni h. XII—I, privatim *Archaeologiam artium a Graecis et Romanis culturarum* tradet, quaternis vel quinis scholis, h. VIII—IX, *Crisin et Hermeneuticen archaeologicam* docebit, d. Mercurii h. VIII—IX et d. Saturni h. X—XI; privatissime *Commentationes a sodalibus semin. archaeol. scriptas* recensebit.

J. E. WAPPÄUS, Dr., *Capita selecta Geographiae comparativae* tradet dieb. Merc. et Saturn. h. X—XI.

GUIL. MÜLLER, Dr., *Grammaticam linguae theotiscaae historicam* tradet quinis scholis h. III; *Waltharii ab Aviaro carmina* explicabit dd. Mart. Merc. Ven. h. V; *Veteris linguae Saxonicae elementa* docebit et carmen quod *Heliand* vocant explicabit dd. Lun. et Jov. h. X; *Societatis theotiscaae studia* moderari perget.

HERMANNUS SAUPPE, Dr., publice sodalibus seminarii regii philologici et sodalibus proseminarii philologici *Lysiae orationes selectas* interpretandas proponet, illis dd. Lunae et Martis h. XI—XII, his d. Merc. h. II—III; *exercitationes seminarii regii paedagogici* moderabitur dd. Jovis et Ven. h. XI—XII. Privatim *Demosthenis orationem de corona* explicabit, dd. Lunae, Martis, Jovis, Veneris, h. IX—X; *Latine scribendi artem* tradet et *exercitationes* instituet, eisdem diebus, h. VII—VIII matutina.

FRID. GRIEPENKERL, Dr., quater per hebd. diebus Lun., Mart., Jov. et Ven. h. VIII—IX *Theoriam de rationali rerum rusticarum organisatione*; quater per hebd. iisdem diebus h. X—XI *Doctrinam de re pecuaria*; publice bis per hebd. horis commodis *agriculturae systemata* tradet. *Excursiones* ad theoriam illustrandam spectantes instituet.

M. A. STERN, Dr., *Theoriam aequationum numericarum* quater p. hebd. h. VIII; *Calculus differentialem atque integram* quinquies p. hebd. h. VII tradet. In Seminario physico-mathematico *de attractione ellipsoidis* disseret.

TH. BENFEY, Dr., h. IV—V quater p. hebd. *linguarum indogermanicae stirpis principalium: sanscritae, graecae, latinae et germanicae Grammaticam comparativam* tradet; h. V—VI diebb. Lun., Mart. et Jovis *Poemata sanscritica* interpretabitur.

H. BRUGSCH, Dr., cum com meatu publico in Aegypto versatur.

THEODORUS MÜLLER, Dr., privatim *Shakespearii tragoediam King Lear* explicabit diebus Lun., Mart. et Jov. h. IX; *Exercitationes francogallicas et anglicas* instituet, illas diebb. Lun., Mart. et Merc., has diebb. Jov., Vener. et Saturn. h. XII; publice in societate romana *linguam provincialem* docebit die Ven. h. IX.

ERNESTUS SCHERING, Dr., *Aequationes differentialium partialium secundi ordinis earumque applicationes ad doctrinam de calore de sono deque motu electricitatis* privatim tractabit dd. Lunae, Martis, Jovis, Ven. h. IX—X. *Calculus variationum ejusque applicationes ad geometriam analyticam ad mechanicam analyticam adque theoriam aequationum differentialium partialium primi ordinis* privatim docebit dd. Lunae, Martis, Jovis, Veneris h. XII—I. In seminario mathematico *Calculus probabilitatis* tradet. *Societatem mathematicam* horis commodis moderari perget.

CURTIUS WACHSMUTH, Dr., publice sodalibus regii seminarii philologici *Statii silvas* dd. Jovis et Veneris h. XI—XII, proseminarii philologici *eisdem* die Saturni h. XI—XII interpretandas proponet; *Exercitationes in historia antiqua* moderabitur semel per hebd.; privatim *Antiquitates Graecas* tradet dd. Lunae, Martis, Jovis, Veneris h. XII—I.

PAULUS DE LAGARDE, Theol. et Phil. Dr., privatim *Psalmos* interpretabitur quinquies h. X; publice *lectiones syriacas* continuabit bis, die Martis et Veneris h. IX.

JULIUS BAUMANN, Dr., privatim *logica* docebit adjuncta interpretatione elementorum logices aristoteleae, quae Trendelenburg composuit, dd. Lunae, Martis, Jovis, Veneris h. VIII; *Historiam philosophiae veteris* explicabit dd. Lunae, Martis, Jovis, Veneris h. V; publice cum societatum sodalibus partim *Kantiana practicae rationis critica* d. Martis h. VI pertractabit, partim librum secundum *Physicorum Aristotelis* d. Veneris h. VI.

GEORGIUS REINHOLDUS PAULI, Dr., quaternis horis *historiam generalem mediæ aevi* h. X; *historiam Magnae Britanniae* inde ab a. MDCLXXXVIII h. V tradet; *Exercitationes historicas* semel die Mercurii h. VI instituet.

CAROLUS DE SEEBACH, Dr., *Geognosiam* tradet quinquies p. hebd. h. VIII—IX atque *excursionibus* institutis illustrabit. Privatissime sed gratis *exercitationes practicas* sueto modo moderari perget.

CAROLUS CLAUS, Dr., privatim docebit *Zoologiam* quinquies h. VIII; *historiam evolutionis animalium et vertebratorum et vertebris carentium* quater; publice *de organis urogenitalibus* tradet semel h. VIII d. Sat.; privatissime *Exercitationes zoologicas* moderabitur.

GUSTAVUS DRECHSLER, Dr., privatim docebit *Agriculturam generalem et specialem* quater p. hebd. h. XII; *Exercitationes oeconomicas et Excursionibus* instituet horis defin.

b. *Professoris honorarii.*

AD. SOETBEER, Dr., privatissime sed gratis *exercitationes camerales* instituet horis definiendis.

c. *Professorum extraordinariorum.*

H. A. L. WIGGERS, Dr., tradet *Pharmaciam* sexies p. hebd. hora matut. IV—VII. — *Pharmacognosiam* duce compendio suo: Handbuch der Pharmacognosie. 5. Aufl. quinquies per hebdom. h. II—III.

CAROLUS BOEDEKER, Dr., *Exercitationes practicas* in laboratorio physiologico-chemico h. VIII—XII et III—V quotidie (excl. d. Sat.) moderabitur.

FRID. GUIL. UNGER, Dr., hora commoda *artis medii aevi monumenta* selecta explicabit.

EDUARDUS KRÜGER, Dr., *Musicae recentioris* historiam binis scholis h. XII enarrabit; *Paedagogicae artis* historiam totidem lectionibus h. IV explicabit; *Rhetoricae* artis rudimenta privatissime docebit.

ALBERTUS PEIP, Dr., privatissime, sed gratis, die Jovis h. vesp. VI—VIII *ethices philosophicae systemata potiora* exponet; privatim *logicam* docebit quaternis p. hebd. scholis h. VII—VIII; *societates philosophicas* dd. Martis et Veneris h. V—VI moderari perget.

GUILIELMUS KLINKERFUES, Dr., speculae regiae director, privatim *astronomiae theoreticae doctrinam* tradet hora XII—I diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis; publice hora commoda cum seminarii physico-mathematici sodalibus *observationes astronomicas* instituet.

L. DE USLAR, Dr., *Chemiam pharmaceuticam* tradet quater per hebd. h. IV—V; *Chemiam organicam* in usum medicinae studiosorum docebit dieb. et horis postea indicandis.

GUIL. HENNEBERG, Dr., *de pabuli aestimandi et miscendi ratione* disseret d. Merc. h. XI—I.

H. HÜBNER, Dr., privatim *chemiam organicam* tradet quinque per hebd. scholis, d. Lun., Mart., Merc., Jov., Vener. h. XII—I; privatim *systemata chemiae* tam antiquiora quam recentiora inter se comparabit d. Sat. h. XII—I.

A. ENNEPER, Dr., *Functionum ellipticarum theoriam* tradet quinquies per hebd. h. X—XI; *Theoriam Determinantium* publice diebus Mercurii et Veneris docebit h. XI—XII.

* * *

GUSTAVUS SCHWEPPE, rei equestris magister, *Artem equitandi* docebit, dd. Lunae, Martis, Jovis, Veneris et Saturni, h. matutinis VII—XI et horis pomeridianis excepto d. Saturni IV—V.

EDUARDUS HILLE, Mus. Dir. acad., *Harmonicen et theoriam artis musicae* horis auditoris commodis docebit. Praeterea ad Societates, quae *Singakademie* et *Orchesterspiel-Verein* vocantur, invitat.

* * *

LUDOVICUS LUELFING, Dr., [†] hora VII—VIII mat. sexies per hebd. *Doctrinam de morbis animalium domesticorum*, adjunctis demonstrationibus in nosocomio veterinario, tradet.

d. *Doctorum privatim docentium.*

IULIUS TITTMANN, Dr., Ord. phil. Assessor, *Historiae literarum elegantiorum apud Germanos* partem primam tradet h. IX.

TH. WÜSTENFELD, Dr., Ord. phil. Assessor, ab itinere in Italiam suscepto redux scholas indicabit.

J. DEDE, Dr., privatissime dd. Mart., Jov., Vener. h. XII—I *Politiam* (Polizeiwissenschaft) docebit. Gratis *Thea bohea* quomodo a Scribis mercaturae tradatur et quomodo mores vitaeque consuetudines diversorum populorum hoc commercio afficiantur, exponet.

B. MINNIGERODE, Dr., *Theoriam virium quae secundum legem Newtonianam agunt* exponet quater p. hebd.

ERNESTUS STEINDORFF, Dr., privatim *res, quae per mediæ aevi saecula a Normannis praecipue in inferioris Italiae finibus gestae sunt*, enarrabit bis per hebd. h. XII—I; gratis *rei diplomaticae* partem specialem tradere perget, semel per hebd. h. V—VII.

D. PEIPERS, Dr., privatim *Platonis Theaetetus* explicabit, scholis quaternis, dd. Lunae, Martis, Jovis, Veneris h. VIII—IX. Cum societatis sodalibus *historiae philosophiae graecae et romanae* a Rittero et Prellero contextae interpretationem continuabit die Merc. h. VI.

BERNARDUS TOLLENS, Dr., *Chemiam organicam* in usum medicinae studiosorum bis per hebd. h. VI—VII vesp.; *chemiae organicae applicationes technicas* bis per hebd. h. VIII—IX tradet.

E. WILKEN, Dr., praemissa introductione tam literaria quam metrica *Gudruniadis* lectionem instituet dd. Mercurii et Saturni h. X—XI; *historiam literarum Germanicarum* ab Iohanne Sachs usque ad Opitium illustrabit gratis horis commodis; privatissime et gratis in moderanda sodalium lectione *theodisca* perget.

FRIDERICUS MATZ, Dr., privatim *Juvenalis satiras* interpretabitur dd. Lun. et Jov. h. X; gratis *Historiam artis antiquae* post Alexandrum Magnum enarrabit dd. Mart. et Ven. h. X; privatissime et gratis Societatis archaeologicae *exercitationes* moderabitur d. Merc. h. IV.

CAROLUS STUMPF, Dr., privatim tradet *Logicam inductivam* ratione habita ejus in quaestionibus naturalibus usus, h. IX—X, dd. Lunae, Martis, Jovis. Societatis philosophicae sodalibus *Aristotelis Metaphysicorum* capita selecta explicanda proponet, d. Veneris h. VI.

EDUARDUS RIECKE, Dr., in instituto physico una cum Dr. NEESEN privatim *exercitationes practicas* instituet.

ALFREDUS STERN, Dr., *de reformationis quae vocatur aetate* disseret h. XII—I quater per hebd.; *Quomodo Borussorum res publica annis 1807—1813 resurrexerit*, semel p. hebd. hor. defin. gratis enarrabit. *Exercitationes historicas*, in quibus fontes rerum Germanicarum saeculi decimi sexti tractabuntur, semel per hebd. hor. defin. gratis instituet.

V. ARTIUM EXERCITIA.

Musicam, artem delineandi, linguas et literas cultissimorum Europae populorum etiam alii homines eruditi et periti tradent, scholarum illi suarum rationes et tempora loco consueto indicaturi. *Saltandi et armorum tractandorum* artes magistri stipendiis regis auctorati docebunt.

SCHOLAE EX ORDINE HORARUM DISCRIPTAE.

Hora.	O. THEOLOGORUM.	O. IURISCONSULT.	O. MEDICORUM.	O. PHILOSOPHORUM.
6-7				Pharmacia (6) <i>Wiggers</i> .
7-8	Hist. reformationis (2) <i>Duncker</i> . — Hist. eccl. II. (2) <i>Duncker</i> . — Hist. eccl. aevi rec. (4) <i>Wagenmann</i> .	Ius mercaturae (5) <i>Thöl.</i> — Ius germ. priv. cum feud. et merc. (6) <i>Wolff</i> .	Botan. gen. et spec. (6) <i>Grisebach</i> . — Pathol. et therap. spec. (4) <i>Hasse</i> . — Chirurg. spec. (6) <i>Lohmeyer</i> .	Botan. gen. et spec. (6) <i>Bartling</i> . — Ars lat. scrib. (4) <i>Sauppe</i> . — Calc. differ. et integr. (5) <i>Stern</i> . — Logica (4) <i>Peip</i> . — Morbi animal. domest. (6) <i>Lülfing</i> .
8-9	Apologia (4) <i>Ehrenfeuchter</i> . — Hist. eccl. II. (6) <i>Duncker</i> . — Hist. eccl. I. (6) <i>Wagenmann</i> .	Doctr. iur. rom. de heredit. (6) <i>Francke</i> . — Hist. iuris germanici (6) <i>Dove</i> . — Ius germ. priv. cum feud. et merc. (6) <i>Wolff</i> . — Ius germ. priv. c. feud. (5) <i>Frensdorff</i> .	Plantae officin. (4) <i>Grisebach</i> . — Clin. gynecolog. (4) <i>Schwartz</i> . — Operat. obstetric. (2) <i>Hartwig</i> .	Flora indigena (5) <i>Bartling</i> . — Politice (4) <i>Waitz</i> . — Archaeol. artium Gr. et Rom. (4 vel 5) <i>Wieseler</i> . — Crisis et hermen. archaeol. (1) <i>Wieseler</i> . — Theor. organ. rer. rustic. (4) <i>Griepenkerl</i> . — Theor. aequat. numer. (4) <i>Stern</i> . — Logica (4) <i>Baumann</i> . — Geognosia (5) <i>de Seebach</i> . — Zoologia (5) <i>Claus</i> . — Org. urogenit. (1) <i>Claus</i> . — Exerc. pract. chem. (5) <i>Boedecker</i> . — Plat. Theaetet. (4) <i>Peipers</i> . — Chemiae org. applic. techn. (2) <i>Tollens</i> .
9-10	Exerc. sem. homil. (6) <i>Ehrenfeuchter</i> . Exerc. liturg. (1) <i>Schoeberlein</i> . — Pauli ep. ad Rom. (5) <i>Wiesinger</i> . — Ev. Ioannis (5) <i>Luenemann</i> . — Ev. Matthaei (5) <i>Zahn</i> .	Institutiones c. hist. iur. rom. (6) <i>de Ihering</i> . — Ius germ. priv. c. feud. (5) <i>Frensdorff</i> .	Chemia (6) <i>Wochler</i> . — Clin. et policlin. (6) <i>Baum</i> . — Exerc. clin. chirurg. (6) <i>Lohmeyer</i> .	Theor. oecon. nation. (5) <i>Hanssen</i> . — Cura paup. publ. (1) <i>Hanssen</i> . — Demosth. de cor. (4) <i>Sauppe</i> . — Shakesp. K. Lear (3) <i>Th. Mueller</i> . — Ling. provinc. (1) <i>Th. Mueller</i> . — Aequat. differ. partial. secund. ord. (4) <i>Schering</i> . — Lectiones Syriacae (2) <i>de Lagarde</i> . — Exerc. pract. chem. (5) <i>Boedecker</i> . — Hist. lit. eleg. Germ. I. (5) <i>Tittmann</i> . — Log. induct. (3) <i>Stumpf</i> .
10-11	Exerc. liturg. (1) <i>Schoeberlein</i> . — Exerc. semin. homil. (1) <i>Wiesinger</i> . — Ep. ad Hebr. (5) <i>Zahn</i> .	Institutiones c. hist. iur. rom. (6) <i>de Ihering</i> . — Pandect. (6) <i>Hartmann</i> . — Ius ecclesiast. Cath. et Evang. (6) <i>Bierling</i> .	(10— ¹ / ₂ 11) Clin. et policlin. (6) <i>Baum</i> . — (¹ / ₂ 11—11) Clin. et policlin. (6) <i>Hasse</i> . — Physiol. experim. I (5) <i>Meissner</i> . — Physiol. gen. et spec. (6) <i>Herbst</i> .	Hydrostatica (4) <i>Ulrich</i> . — Tacit. histor. (4) <i>de Leutsch</i> . — Genesis et selecta Pentat. capita (6) <i>Bertheau</i> . — Metaphys. (4) <i>Lotze</i> . — Crisis et herm. archaeol. (1) <i>Wieseler</i> . — Capita selecta geogr. compar. (2) <i>Wappäus</i> . — Elem. vet. ling. Saxon. (2) <i>G. Mueller</i> . — Doctr. rei pecuariae (4) <i>Griepenkerl</i> . — Psalmi (5) <i>de Lagarde</i> . — Hist. gen. aevi medii (4) <i>Pauli</i> . — Exerc. pract. chem. (5) <i>Boedecker</i> . — Theor. funct. ellipt. (5) <i>Enneper</i> . — Gudrun (2) <i>Wilken</i> . — Iuvenalis (2) <i>Matz</i> . — Hist. art. ant. post Alex. (2) <i>Matz</i> .
11-12	Exerc. sem. homil. (1) <i>Ehrenfeuchter</i> . — Exerc. semin. homil. (1) <i>Wiesinger</i> . — Theolog. dogm. (5) <i>Ritschl</i> .	Institutiones (6) <i>Francke</i> . — Ius crim. Germaniae commune (6) <i>Zachariae</i> . — Pandect. (6) <i>Hartmann</i> . — Proc. crim. Germ. (4) <i>Ziebarth</i> . — Hist. proc. crim. (1) <i>Ziebarth</i> .	Anatom. gener. (3) <i>Henle</i> . — Clin. et policlin. (6) <i>Hasse</i> . — Salubr. tuendae cura publ. (5) <i>Lohmeyer</i> .	Hist. Germ. liter. (4) <i>Bohtz</i> . — Sem. philolog. Disput. (1) <i>de Leutsch</i> . — Mineralog. (5) <i>Sartorius de Waltershausen</i> . — Exerc. phys. Semin. phys.-math. (1) <i>Listing</i> . — Colloq. phys. (1) <i>Listing</i> . — Sem. philol. Lyssias (2) <i>Sauppe</i> . — Sem. paedag. (2) <i>Sauppe</i> . — Sem. philol. Staii Silvae (2) <i>Wachsmuth</i> . — Prosem. philol. Staii Silvae (1) <i>Wachsmuth</i> . — Exerc. pract. chem. (5) <i>Boedecker</i> . — Ratio pabuli aest. et misc. (1) <i>Henneberg</i> . — Theor. determin. (2) <i>Enneper</i> .

Hora.	O. THEOLOGORUM.	O. IURISCONSULT.	O. MEDICORUM.	O. PHILOSOPHORUM.
12-1	Ethice theol. (6) <i>Schöberlein</i> . N. T. theolog. (5) <i>Wiesinger</i> . — Isag. in N. T. (5) <i>Luenemann</i> . — De Schleiermacheri vita et doct. (2) <i>Dorner</i> .	Pandect. (de dominio et iur. in re) (6) <i>Ribbentrop</i> . — lus publ. civit. german. commune (6) <i>Zachariae</i> . — Theor. proc. civil. (6) <i>Hartmann</i> .	Anatom. syst. II. (6) <i>Henle</i> . — Exerc. clin. ophthalm. (4) <i>Leber</i> . — Exerc. ophthalmoscop. (2) <i>Leber</i> .	Optice (4) <i>Listing</i> . — Colloqu. phys. (1) <i>Listing</i> . — Exerc. sem. archaeol. (1) <i>Wieseler</i> . — Exerc. francog. (3) <i>Th. Mueller</i> . — Exerc. angl. (3) <i>Th. Mueller</i> . — Calcul. variat. (4) <i>Schering</i> . — Antiquit. graecae (4) <i>Wachsmuth</i> . — Agricult. gen. et spec. (4) <i>Drechsler</i> . — Hist. mus. rec. (2) <i>Krüger</i> . — Astron. theor. (4) <i>Klinkerfues</i> . — Ratio pabuli aest. et misc. (1) <i>Henneberg</i> . — Chemia org. (5) <i>Hübner</i> . — Systemata chem. comparata (1) <i>Hübner</i> . — Politia (3) <i>Dede</i> . — Thea (1) <i>Dede</i> . — Hist. Norman. aevo med. (2) <i>Steindorff</i> . — Actas reformationis (4) <i>Stern</i> .
2-3			Ossium fract. et luxat. (2) <i>Baum</i> . — Electrotherap. (2) <i>Marmé</i> .	Elem. l. aethiop. et arab. <i>Bertheau</i> . — Prosem. philol. Lysias (1) <i>Sauppe</i> . — Pharmacognos. (5) <i>Wiggers</i> .
3-4	Theol. pract. II. (5) <i>Ehrenfeuchter</i> . — Exerc. catech. (1) <i>Wagenmann</i> .		Pharmacologia (4) <i>Mara</i> . — Chirurg. I. (1) <i>Baum</i> . — Gynaecologia (4) <i>Schwartz</i> . — Morb. psych. (2) <i>Meyer</i> . — Ophthalmol. (4) <i>Leber</i> . — Pharmacologia (5) <i>Husemann</i> .	Prosem. philol. Disput. (1) <i>de Leutsch</i> . — Gramm. ling. theot. histor. (5) <i>G. Mueller</i> . — Exerc. pract. chem. (5) <i>Boedeker</i> .
4-5	Lib. Iudicum (2) <i>Lemme</i> .	Processuale pract. (2) <i>Briegleb</i> . — Exerc. iur. et proc. crim. (1) <i>Ziebarth</i> .	Chirurg. I (5) <i>Baum</i> . — Clin. psychiatr. (2) <i>Meyer</i> . — Pathol. et therap. gen. (4) <i>Kraemer</i> . — Pathol. gen. (2) <i>Krause</i> . — Demonstr. pathol.-anat. (3) <i>Krause</i> . — Selecta toxicolog. cap. (1) <i>Husemann</i> . — Morbi puerper. (2) <i>Hartwig</i> .	Psycholog. (3) <i>Bohtz</i> . — Hist. pros. orat. Graec. (4) <i>de Leutsch</i> . — Res German. ab a. 1806 (4) <i>Waltz</i> . — Relig. philos. (4) <i>Lotze</i> . — Gramm. comp. ling. indogerm. (4) <i>Benfey</i> . — Exerc. pract. chem. (5) <i>Boedeker</i> . — Hist. art. paedag. (2) <i>Krüger</i> . — Chem. pharmac. (4) <i>de Uslar</i> . — Soc. archaeol. (1) <i>Matz</i> .
5-6	Catech. et homil. (2) <i>Schöberlein</i> . — Liturg. (2) <i>idem</i> . — Exercit. catech. (1) <i>Wiesinger</i> . — Apocal. Ioannis (3) <i>Lemme</i> .	Processuale practicum (2) <i>Briegleb</i> . — Ins civ. bo-russ. (4) <i>Ziebarth</i> . — Exerc. iur. et proc. crim. (1) <i>Ziebarth</i> .	Exerc. operat. chirurg. in cad. (6) <i>Baum</i> . — Physiol. generat. et embryol. (1) <i>Meissner</i> . — Clin. psychiatr. (2) <i>Meyer</i> . — Anatom. pathol. for. (1) <i>Krause</i> . — Pharmacologia (5) <i>Marmé</i> .	Geom. pract. (4) <i>Ulrich</i> . — Phys. experim. I. (4) <i>Weber</i> . — Walthar. ab Aviar. carn. (3) <i>G. Mueller</i> . — Poemata sanscrit. (3) <i>Benfey</i> . — Histor. philos. vet. (4) <i>Baumann</i> . — Hist. magn. Brit. (4) <i>Pauli</i> . — Soc. philos. (2) <i>Peip</i> . — Rei diplom. pars spec. (1) <i>Steindorff</i> .
6-7	Exercit. liturg. (1) <i>Schöberlein</i> . — Soc. dogm. (1) <i>idem</i> . — Soc. theol. histor. (1) <i>Wagenmann</i> . — Conversatoria <i>Repentium</i> .	Examinatorium (4) <i>Ribbentrop</i> .	Physiol. generat. et embryol. (1) <i>Meissner</i> .	Geom. pract. (4) <i>Ulrich</i> . — Soc. Philos. (2) <i>Baumann</i> . — Soc. hist. (1) <i>Pauli</i> . — Eth. philos. systemata potiora (1) <i>Peip</i> . — Rei diplom. pars spec. (1) <i>Steindorff</i> . — Soc. philos. philol. (1) <i>Peipers</i> . — Chemia organ. (2) <i>Tollens</i> . — Soc. philos. (1) <i>Stumpf</i> .
7-8	Soc. dogm. (1) <i>Schöberlein</i> . —			Eth. philos. syst. pot. (1) <i>Peip</i> .

Scholae, quarum horae non erant indicatae, in hunc conspectum receptae non sunt.